



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

II. De his quae duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores acceperint
vxores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 314. dium in pauperes, offerunt honorati.

πουρροί, διὰ πέντε αουδίων εἰς ἑὸν πτωχεύει, προσφέρουσι τιμώμενοι.

XV.

Diaconi septem esse debent ex Canone, etiam si sit magna ciuitas. Eius autem rei fidem faciet liber Actorum.

Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα, καὶ ἐάν πάλιν μεγάλη εἴη ἡ πόλις. πεισθήσῃ ὅτι ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς ἀρχαίων. Distin. 93. Diaconif. Prem deb.

C A N O N E S CONCILII NEOCÆSAREENSIS,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|--|
| <p>I. De presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati sunt.</p> <p>II. De his qua duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores acceperint uxores.</p> <p>III. De multinubis.</p> <p>IV. De his qui proponentes fornicari, vetantur.</p> <p>V. De catechumenis peccantibus.</p> <p>VI. De catechumena pregnante.</p> <p>VII. Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbyterum.</p> <p>VIII. De his qui mulieribus adul-</p> | <p>teris iuncti sunt.</p> <p>IX. De his qui ad presbyterium promouentur, & ante ordinationem sunt sibi peccatorum conscii.</p> <p>X. De diaconibus similiter.</p> <p>XI. Quo tempore conueniat presbyterum ordinare.</p> <p>XII. De his qui in aegritudine baptisma consequuntur.</p> <p>XIII. De presbyteris agrorum.</p> <p>XIV. De numero certo diaconorum.</p> |
|---|--|

C A N O N E S.

I.

PRESBYTER si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrauerit, amplius pelli debet, & ad poenitentiam redigi. Distin. 28. Presbyter. Et in dec. Iuo libr. 3.

II.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abiiciatur vsque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis

Concil. Tom. 2.

K ij

huius coniunctionis vincula dissoluat, fructum pœnitentiæ consequatur. Quod si defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

ANNO
CHRISTI
314.

III.

31. q. 1. De
his qui fre-
quent.

De his qui in plurimas nuptias inciderunt, tempus quidem præfinitum manifestum est : sed conversatio eorum & fides tempus abbreviat.

IV.

Aduerte.

Si quis mulierem concupiscens, proposuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet quod gratia Dei liberatus est.

V.

Catechumenus si ingrediatur Ecclesiam, & in ordine eorum qui instruuntur, assistat; hic autem deprehensus fuerit peccans: si quidem genu flectit, audiat, ut non delinquat ulterius: si vero & audiens peccauerit, expellatur vi.

VI.

Graudam oportet baptizari quando voluerit. Nihil enim in hoc quæ parit nascenti communicat, propterea quod vniuscuiusque suum propositum in confessione declaretur.

VII.

31. q. 1. De
his qui fre-
quent. Et in
decr. Iuo.
lib. 6.

Presbyteris in nuptiis bigami prandere non conuenit: quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium talibus nuptiis possit præbere consensum?

VIII.

34. Dist. Si
cuius vxor-
rem.

Mulier cuiusdam adulterata laici constituti, si